



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Libri pertinentes ad Congregationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Hoc præterea animaduertat Cancellarius, ut nihilominus scribantur in dia-
rio communii Cancelleriarum omnia eius-
modi acta; scilicet Publicatio edicti, mā-
datum, informatio, literarum Apolloli-
carum exhibitio, electio, præsentatio &
eiusmodi; tum etiam seruet in filicia in-
formaciones, edicta, literas Apolloli-
cas, & alia eiusmodi.

Libri Concionatorum, & professorum
Sacrae Scripturæ, & item con-
fessorum.

HAbeat librum Concionatorum, &
Professorum Sacrae Scripturæ, per
ordinem Religionam, præmissis tamen
Sacerdotibus secularibus; in quo deseri-
bat nomina Concionatorum vsq; ad di-
midium paginae, & simul adnotet viii
cuique nomen, an admissus per examen,
vel sine; an generaliter in tota Diœcesi,
& perpetuo, vel ad certum locum, vel te-
pus; an petierit beneficitionem pro con-
cionibus habendis in ecclesijs sui ordi-
nis; an vero etiam data facultas pro ec-
clesijs secularibus: è regione vero in al-
tera parte paginae adnotet, an bene se
gesserit; an defecerit, & in quo &c. vt in
subiecto exemplo.

Frater Alexius de Mantua, approbatus
sine examine, ex testimonio per literas
Vicarij Foranei, vel præfecti datas N.
Iunij N. 1578. vel per examen coram Re-
ver. N. cui examini interfuerunt RR. N.
N. Petij benedictionem, vel accepit fa-
cilitatem concionandi in tota Diœcesi,
vel sigillatim in loco, &c. & ecclesia S.
N. &c. per proximam quadragesimam
vel sine illa expressione indefinite, visis
testimonialibus literis ad hoc munus à
R. D. Provinciali ordinis datis die &c.
mensis &c. anno &c. Non satisfecit ob
imperitiam, vel parum cōuertendo, vel
cum secularibus nimis conuersando, vt
constat testimonio Vicarij Foranei lite-
ris datis die, &c.

In eodem libro describat etiam repro-
bator, notatis nominibus Prefecti &
examinatorum qui interfuerunt, & cau-
sus reprobationis.

Habebat librum Confessorum simi-
larem superiori in omnibus, simulq; om-

nia supradicta in iis que contenerent pos-
sunt in materia confessorum.

Libri pertinentes ad Congregationes,

HAbeat librum actorum congrega-
tionis penitentiarum.

Librum item aliud, in quo hæc sint.

Instructio Pœnitentiaria.

Vniones quæcunque huic officio factæ.
Inuentarium bonorum præbendæ pœni-
tentiarum.

Priuilegia & Declarationes ad officiū
pœnitentiarii pertinentes.

Constitutiones, & regulæ officiij.

Collatio officiij extensa singulis pœni-
tiariis.

Facultates singulis annis date ab At-
chiepiscopo ipsi pœnitentiario.

Habebat item Indicem nominum Depa-
titorum Congregationis penitentiarum.
Indicem Confessorum probatorum
Vrbis & Diœcesis.

Indicem eorum, qui adsunt vere.

Filiciam literarum à Diœcesi scriptarum.
Registrum literarum ab eo scriptarum,
ratione facultatis casuum, vel consulta-
tionis.

Fileiam dubiorum proponendorum.
In ijs autem caueat ne nomina consu-
lentium Pœnitentiariæ congregationis
exprimantur; etiam si ipsi metu consulen-
tes ea propalauerint, nisi quando faci-
erit prorsus notorium & manifestum.

Habebat librum aliud, in quo hæc sint.
Fundatio Mensæ Pœnitentiariæ mi-
noris.

Bona & iura Pœnitentiariorum mino-
rum.

Regulæ Congregationis minorum Pœ-
nitentiariorum.

Tabellæ dierum quibus assistere debet.

Habebat item Indicem Pœnitentiarie-
rum.

Canones Pœnitentiales.

Tabellam casuum reseruatorum.

Tabellas varias ad officium Pœnitentie-
riorum spectantes.

Indicem casuum variorum.

Tabellam notæ absentium, presentium.

Fileiam proponendorum.

Habebat denique librum actorum con-
gregationis.

Habebat

Liber acto. **H**abeat librum authenticum actorum, tam Cōgre variarum cōgregationum generalium ligationū Cle aut alias frequentius Cleri secularis vei naculum.

regularis coram Archiepiscopo, vel Vicario aut Præfectis, seu Visitatoribus Generalibus.

Liber acto. Librum authenticum etiam in quem num congre conferantur scripta & acta congregatio nātū de numeris, de ritibus, cāremonijs, & de cāreto cultu dñi.

ris; in quibus apparet propria consuetudo ecclesie Ambrosianæ; tum alia ad diuinum cultum spectantia.

Filia quā Congregationū Parochialium. Filiam etiam habeat quæstionū positarum in Congregationibus Parochiorum Vrbis & Forancorum, ac resolutionum illarum.

Libri de morib⁹ Regularium Viatorium, & Monialium.

Sit præterea liber unus ad mores Regularium pertinentes: in quo describat Cancellarius singula Monasteria & domos Regularium titulata & commenda data quæ Conuentum habeant, eaque ordine Congregationum: sub singulis autem monasterijs seu dominibus referat dietim quæcunque deferuntur, spectantia ad præstantiam & virtutes insignes, vel abusus defectusve, & crimina vel communia vel particularia in illis ecclesijs, Monasterijs, vel personis, earumque moribus.

Index sit ordine nominum Religiosorū qui delari sunt, descriptive alterutro nomine, vel insignis virtutis vel prærogatiue alicuius, aut rursus delicti vel criminis.

Sit liber alter similis de moribus Monialium, tam subiectarum ordinario, quam regularibus, eodem ordine scriptus, cum simili indice.

Habeat Cancellarius Indices infra scriptos ad mores Monialium pertinentes. Nomina monialium cuiuscunq; Monasterij.

Nomina protectorum singulis Monasterijs.

Nomina Conversarum si quæ facultatē habent foras manendi, & quaestuandi. Indices priorum hinc minum, qui obseruēt circumveniendo, an scrueuntur regulæ de Parlatorijs.

Index causarum probatarum pro ingressu Clausuræ Monasteriorum.

Nomina Medicorum, & aliorum, quibus data facultas est per totum annum ingrediendi in casib⁹ necessarijs.

Habeat librum admissionum puerorum ad religionem, cum sua filia respōdente; in quo notet omnia hoc ordine. Petitionem admittendæ pueræ ad religionem.

Deputationem Confessorum ex decreto Provinciali.

Dispensationem anni, vel partis anni, si data sit aliqua causa.

Facultatem ingrediendi Monasterium in fine anni, si data sit, causa videndi monasterium.

Exhibitionem cedulae promissionis doctis, quam etiam seruet in filio.

Examen pro admissione ad religionem. Concessionem faciendi capitulum pro admissione.

Instrumentum depositi dotis, ad effectum implicandi pecuniam, & promissionem census anni, & aliorum: quod instrumentum regilret in libro instrumentorum.

Examen post sex menses pro habitu suscipiendo.

Exhibitionem fidei Sacramenti Christi suscepit.

Exhibitionem fidei solutionum duodecim, & vestimentorum.

Concessionem induendi habitum.

Exhibitionem fidei susceptionis habitus.

Exhibitionem fidei ætatis annorum xvij.

completorum.

Examen pro admittendæ professione in fine anni probationis.

Concessionem faciendi capitulum pro admissione ad professionem.

Emissionem professionis.

Implicationem pecuniaæ dotalis in bonis stabilibus.

Habeat præterea Filiam, in qua seruet test monia supradicta.

Libri pertinentes ad mores populi.

Habeat librum de disciplina populi, in quem referat dietum, que pertinent ad mores populi vniuersitatem vel cognoscendos, vel corrigendos.

Lib. admissionis Puerorum in Monasteria.

Lib. de moribus monialium.